



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

Caput VIII. Ministratorum Hospitalium munus: eorum negligentia, a quibus,  
& qua ratione coercenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

§. LXXX.

*De Hospitalium Ministris.*

CAPUT VIII.

*Ministorum Hospitalium munus: eorum negligentia, a quibus, & qua ratione coercenda.*

„Admonet sancta Synodus quoscun-  
 „que Ecclesiastica beneficia sæcu-  
 „laria, seu regularia obtinentes, ut ho-  
 „spitalitatis officium a sanctis Patribus  
 „frequenter commendatum, quantum  
 „per eorum proventus licebit, prompte,  
 „benigneque exercere assuescant, me-  
 „mores, eos, qui hospitalitatem a-  
 „mant, Christum in hospitibus recipere:  
 „illis vero, qui hospitalia vulgo nun-  
 „cupata, seu alia pia loca, ad pere-  
 „grinorum, infirmorum, senum, paupe-  
 „rumve usum præcipue instituta, in  
 „commendam, administrationem, aut  
 „quemcunque titulum, aut etiam Ec-  
 „clesiis suis unita, obtinent, vel si Ec-  
 „clesiæ Parochiales hospitalibus forte  
 „unitæ, aut in hospitalia erectæ, ea-  
 „rumque patronis in administrationem  
 „concessæ sint, præcipit omnino, ut im-  
 „positum illis onus, officiumve admi-  
 „nistrent, atque hospitalitatem, quam  
 „debent, ex fructibus ad id deputa-  
 „tis, actu exercent, juxta constitu-  
 „tio-

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1563.



Sæcul. XVI. ,,tionem Concilii Viennensis alias in  
 A.C. 1563. ,,hac eadem Synodo sub felicis recor-  
 ,,dationis Paulo tertio innovatam, quæ  
 ,,incipit, *quia contingit.* Quod si ho-  
 ,,spitalia hæc ad certum peregrinorum,  
 ,,aut infirmorum, aut aliarum persona-  
 ,,rum genus suscipiendum fuerint in-  
 ,,stituta, nec in loco, ubi sunt dicta ho-  
 ,,spitalia, similes personæ, aut perpau-  
 ,,cæ reperiantur; mandat adhuc, ut  
 ,,fructus illorum in alium pium usum,  
 ,,qui eorum institutioni proximior sit,  
 ,,ac pro loco, & tempore utilior, con-  
 ,,vertantur, prout Ordinario cum duo-  
 ,,bus de Capitulo, qui rerum usu peri-  
 ,,tiores sint, per ipsum deligendis, ma-  
 ,,gis expedire visum fuerit: nisi aliter  
 ,,forte, etiam in hunc eventum, in eo-  
 ,,rum fundatione, aut institutione fuerit  
 ,,expressum, quo casu, quod ordina-  
 ,,tum fuit, observari curet Episcopus,  
 ,,aut, si id non possit, ipse, prout supra,  
 ,,utiliter provideat: itaque si prædicti  
 ,,omnes, & singuli, cujuscunque Or-  
 ,,dinis, & dignitatis, etiamsi laici fue-  
 ,,rint, qui administrationem hospita-  
 ,,lium habent, non tamen regularibus  
 ,,subjecti, ubi viget regularis observan-  
 ,,tia, ab Ordinario moniti, hospitali-  
 ,,tatis munus, adhibitis omnibus, ad  
 ,,quæ tenentur, necessariis, re ipsa obi-  
 ,,re cessaverint, non solum per Eccle-  
 ,,siasti-



„siasticas censuras, & alia juris reme- Sæcul. XVI.  
 „dia, ad id compelli possint, sed etiam A C 1563.  
 „hospitalis ipsius administratione, cu-  
 „rave perpetuo privari possint, alii que  
 „eorum loco ab iis, ad quos spectabit,  
 „substituantur. Et prædicti nihilomi-  
 „nus etiam ad fructuum restitutionem,  
 „quos contra ipsorum hospitalium insti-  
 „tutionem perceperunt, quæ nulla eis  
 „remissione, aut compositione indul-  
 „geatur, in foro conscientie teneantur:  
 „nec administratio, seu gubernatio hu-  
 „jusmodi locorum uni, & eidem per-  
 „sonæ ultra triennium deinceps com-  
 „mittatur, nisi aliter in fundatione  
 „cautum reperiatur, non obstante, quoad  
 „omnia suprædicta, quacunque u-  
 „nitione, exemptione, & consuetudine  
 „in contrarium, etiam immemorabili,  
 „seu privilegiis, aut indultis quibus-  
 „cunque. „

His Franciæ edicta addidere, quod  
 Nosocomiorum Administratores nec Ec-  
 clesiastici, nec Nobiles, nec Bellidu-  
 ces sint, sed Mercatores, alii que cives,  
 qui seduli Patresfamilias rerum, & œ-  
 conomiæ gnari, atque ad reddendam  
 rationem facile adigi possunt.

§. LXXXI.

*De Jure Patronatus.*

*Hist. Eccles. Tom. XLVII. K CA-*